



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. XXVIII. De Sepulturis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

cum delata fuisset ad S. Pontificem, delegata fuit  
Episcopo Murnensi, sub forma: ut, nisi Epis-  
copus ille probaret, Archipresbyterum mentis  
impotem fuisse, cum ultimam voluntatem suam  
exprimeret, ei silentium imponeretur; restitutis  
quoque iis, quæ Episcopus ex bonis ipsius At-  
chipesbyteri occupasset: contrà, si probaret,  
hereditas Archipresbyteri adjudicaretur. Epi-  
scopo nomine Ecclesiæ parochialis, cuius ad-  
ministrationem gesserat Archipresbyter. Hæc est  
sententia hujus cap. ult. Itaque decisio hujus con-  
troversiarum videtur in eo consistere, an Archipe-  
byter sanx mentis fuerit, cum diceret, se non posse  
se facere testamentum, eð quod de se, suaque Mo-  
nasterio obtulisset: ut hinc, si sanx mentis cum  
fuisse constiterit, hæc sua confessio habeat vim  
testamenti, tamquam e tempore Monasterium  
fuerit ut heres ab Archipresbytero institutum;  
idque, si non directis verbis, at saltem indirectis:  
non enim in extremis agens Archipresbyter ali-

um heredem agnoscere voluit, quam ipsum Mo-  
nasterium.

Sed obiecties, in testamento requiri heredis in-  
stitutionem scripto, vel nominativam factam, lla-  
bemus 29. C. De testam. &c. Heredes palam 21. impr. D.  
Quicquid fac possit, ut saltem heredis nomen signo in-  
dubitabili in eo exprimatur, l. Quoties 9. s. 8. &c.  
A. setoto 77. D. De hered. insit. At verò hoc casu no-  
stro Monasterium heres institutum non est scri-  
pto, vel nominativum, sive indubitabile signo; unde  
non videatur testameatum esse conditum, sed At-  
chipesbyterum intestatum deceisse. Quare ex-  
istimo decisionem hujus capituli nostri procedere  
ex aequitate juris Canonici, in favorem pietatis  
causa, non verò ex rigore juris civilis, propter iura  
jam in contrarium allegata, quæ certè non aliter  
cum hoc nostro capite conciliari possunt, quem-  
admodum etiam videtur animadvertisse Aut. de  
Butriorum 26. vers. Et ex hoc habes:

### IN TIT. XXVIII. DE SEPULTURIS.

#### S U M M A R I A.

1. Sepultura nomine quid' veniat.
2. Ius sepultura cui competit.
3. Canonica portio parochialis.

**S**epultura nomine venit in primis ipse locus,  
in quo quis sepultus vel sepeliendus est: item  
jus sepulturae, quod Ecclesiæ vel alteri loco  
religioso competit, & tertio ipsum officium, ri-  
tus & actus sepeliendi.

2. Jus autem sepulturae regulariter competit &  
debetur Ecclesiæ parochiali, in qua defunctus  
solitus erat audire divina officia & Ecclesiastica  
percipere Sacraenta: cap. 2. & ibi Gl. hoc est: in 6.  
nisi alibi sepulturam elegat: quod cuilibet libe-  
rum est, etiam filios fam. seruo, vel mulieri conju-  
gatæ, cessante in electione sepulturae, ut & in alijs:

id genus rebus spiritualibus, patriâ, dominicâ &  
matitali potestate, c. De uxore 7. s. utrum hoc sit, vel  
niisi majores ab antiquo in alia aliqua Ecclesia  
sint soliti sepeliri, cap. 1. hoc sit. Et plerumque in  
testamento vel alia ultima voluntate, etiam de  
sepultura disponere homines solent; ut vel ideo  
quoque Tit. hic recte superioribus subiecta-  
tur.

Ubi tamen quis alibi elegit sepulturam, tunc;  
Canonica portio (quæ & funeralium dicitur) ex  
bonis relictis Ecclesiæ vel Monasterio, in quo  
sepeliri voluit, Ecclesiæ debetur parochialis, &c.  
1. &c. 4. hoc est: quæ vel quarta est, secundum ius  
commune, vel dimidia aut tertia, vel alia quæta,  
pro locorum consuetudine, c. 2. &c. Certificari 9. b.  
tit. Reliqua huc spectantia repetit ex summa D.  
Canisii Lib. III. Tit. XII. V. A..

IN TIT.